

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.





- |     |           |   |
|-----|-----------|---|
| Nr. | Præfides  |   |
| 1.  | Struv     | De actibus et contractibus correctionis                       |
| 2.  | Aurm      | - pactis legitimis et conditionibus ex lege merito suspectis. |
| 3.  | Cocceji   | - usu et differentia pactorum et stipulat.                    |
| 4.  | Conradi   | - pacto fiducia.  |
| 5.  | Acin      | - dissonantia jur. civ. et can. cum usu fori circa pacta.     |
| 6.  | Steger    | - natura pacti de non petendo.                                |
| 7.  | Struv     | - jure colonario.   |
| 8.  | Hokeifel  | - mercatu corporum humanorum.                                 |
| 9.  | Cocceji   | - doli, culpa et negligentia præstatione in quolibet negotio. |
| 10. | Wagner    | - arbitrio judicis circa præstat. culpe in contractibus.      |
| 11. | Bremen    | - Tractatibus.  |
| 12. | Leternam  | - valore pactorum quibus præparantur contractus.              |
| 13. | Heinhardt | - rebus in dominio publico existentibus                       |
| 14. | Silberad  | - Consalibus v. Müllers.                                      |
| 15. | Müller    | - Minuta v. Annotationes.                                     |
| 16. | Weidler   | - Traditione rerum.   |
| 17. | Tenzel    | - usum citra conventionem vel morem præstandi.                |



- |     |              |   |
|-----|--------------|---|
| Nr. | Bräpides     |   |
| 18. | Penzel.      | De altero tanto usurario.   |
| 19. | R. Thomafius | An mercator usuras pretii pro merce<br>vendita et tradita tardius soluti<br>possit exigere. |
| 20. | Hombegg      | usurii in contractibus stricti iuris  |
| 21. | Hunold       | pacto pignori antidiaretico   |
| 22. | Fruemer      | effectu hypothecae post resolutionem<br>dominium constituentis.                             |
| 23. | Stierm       | prescripti: relict: pignorum.   |
| 24. | Hering       | iure pignori perdurante in<br>domo exusta et reedificata.                                   |
| 25. | Penzel       | hypotheca tacita quatenus librorum<br>disponum afficit.                                     |
| 26. | Soll         | censo reservativo.  |
| 27. | Schweder     | actioita publ: ad pignori publ: censuram.   |
| 28. | Baspireller  | contractu emphyteuticario   |
| 29. | Mäscow       | iure emphyteutico.  |
| 30. | Penzel       | probat: et reprobat: con. constitutorum.  |
| 31. | Hoffmann     | emphyteosi  |
| 32. | Baspireller  | prescripti: immunitatis ab oneribus<br>publicis.  |

J.



11

FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
JO. PHILIPPVS  
Streit, JCVS,

EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIA-  
RIVS REGIMINIS,

L. B. S.

---

ERFORDIÆ,  
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

FACULTATIS JURIDICAE  
DECANVS  
JO. PHILIPPVS

STVDII IURIS

EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS MONTANI CONSILII  
RIVS REGIMINIS


L. B. E.

---

ERFORDIAE  
Typis GROSCHMANNI, Acad. Typogr.







Hereditates vel deferuntur ex testamento, vel ab intestato, illud certis solennitatibus debet esse munitum, nisi sit privilegiatum, quale est testamentum militare, ad pias causas, principi oblatum, judiciale, rusticum, & parentum inter liberos.

Concessum enim est parentibus citra solennitates inter liberos testari, ita ut, si nuda ac simplex schedula reperiat, quâ Pater inter liberos disposuit, ea perinde custodiat, ac si solennitatibus instructa esset. *L. 21. §. 1. Cod. de testam.* cujus privilegii ratio non una ab omnibus assignatur. Quidam hanc adferunt, quod tale testamentum fraudum periculo non sit obnoxium. Alii hanc assignant, quod liberi vivo parente jam censeantur quodammodo bonorum domini, & ab ipsa velut natura, ad parentum hereditatem vocentur, & quod successio liberorum in bona parentum referatur ad jus naturæ *L. 7. §. 1. ff. si tab. testam. null. extab.* Sed an talis dispositio parentum inter liberos jure testamenti valeat? dubitatur, Negant *Giphan. ad d. L. 21. cod. de*



*Testam. & Fachineus libr. 4. controv. cap. 4. Affirmant Pistor. Part. 1. qu. 1. n. 11. Vinn. libr. 2. select. quest. cap. 17. que probabilior.* Non obstat, quod dicatur testamentum imperfectum: nam & testamentum militis imperfectum dicitur. *L. 2. ff. de injust. testam.* ex quo tamen æque, ac perfecto & solenni succeditur. Deinde pater jure privilegiato disponens potest heredem scribere, ut colligitur ex *Novell. 107. cap. 1.* ergo valet ejusmodi dispositio jure testamenti, quia extra casum testamenti, non licet heredem scribere. Insuper in *Auth. Hoc inter. cod. de Testam.* talis parentum dispositio non aliter everti dicitur, quàm si aliud testamentum, numeris omnibus absolutum, postea confectum fuerit, ac pater expressè in eodem voluntati priori derogaverit. At voluntas intestati non indiget tam operosâ everfione, sed, sicut sine solennitatum adminiculo constructa est, ita potest absque illarum interventu rursus destrui. *arg. L. 35. ff. de R. I.* Denique si talis parentum dispositio non induceret successionem testati, patris privilegium non in alio consisteret, quàm quòd codicillum inter liberos conficere posset: quod absurdum est. *Vin. dict. cap. 17.* Alii sub distinctione respondent; si pater liberos scripserit heredes, dispositio talis, dicunt, valet jure testamenti, per rationes pro affirmativa adductas. Si verò bona sua nudè inter eosdem dividerit, tunc talis dispositio, ajunt, non valet jure testamenti, sed inducit nudam divisionem bonorum, ac in modum legati liberis assignat, quid ab intestato venientes capere debeant. *L. 16. & L. ult. Cod. famil. her. cisc. Carpz. Parr. 3. constit. 4. def. 22.* Duobus itaque modis pater inter liberos disponere potest, consiciendo  
vide-



videlicet testamentum, ac inducendo divisionem bonorum. Dispositio prior operatur successionem testamentariam. Posterior non operatur, sed relinquit rem in terminis successionis legitimæ; facit tamen, ut si ad divisionem bonorum postea procedatur, arbiter familiæ herciscundæ judicium patris sequi teneatur, ac id cuilibet tribuere, quod ille voluit. *d. L. 16. §. ult. Cod. fam. hercisc.* Non obstat, si dicas, in *dict. L. ult.* agitur de testamento Patris imperfecto, & tamen satis indicatur, non alteri successioni locum esse, quam legitimæ: ergo testamentum patris imperfectum non inducit successionem testamentariam. Jura enim Parentum sensim invaluerunt, ac lentâ, ut ita loquar, temporis alluvione incrementum ceperunt. Inspectâ itaque *citatâ lege ultimâ*, dispositio patris imperfecta nondum operabatur successionem testamentariam, sed inducebat nudam divisionem bonorum, ac obligabat judicem familiæ herciscundæ, ut voluntatem patris sequi teneretur. Postea autem jus hoc crevit, ac initio quidem auctum fuit à *Theodosio in L. 21. §. 1. Cod. de testam. à Justiniano in d. Nov. 107. c. 1.* quibus Principibus dispositio imperfecta Parentum debet, quod jure testamenti teneat, quia primi induxerunt, ut successionem testamentariam operaretur. Dicta verò lex ultima non tantum de patre, sed etiam de matre intelligenda est, quia non suorum tantum liberorum, sed & emancipatorum meminit, ex quo concluditur, non esse rationem decidendi in patria potestate collocandam, sed in parentela, quæ patri pariter ac matri communis est. *Brunnem. ad dict. L. ult. n. 3.* cujus hereditas non minus, quam patri, liberis debetur, adeòque merito eodem



favore digna censetur. Nec refert quam in disponendo formam servaverit Pater vel Mater, ut sive cum scriptura, sive absque eâ, sive ex testamento etiam imperfecto, sive ab intestato succedatur, iudex eam voluntatem divisionemque sequi debeat; dummodò eidem non misceatur extranea persona, nam quoad illam pro nulla habetur ea voluntas. *L. 16. L. 21. Et ult. per Cod. famil. hercisc.* & vel ipse Parens divisionem & portionem scripserit, vel scripturæ alienâ manu factæ subscripserit, vel ipsi liberi suâ subscriptione approbaverint. *Novell. 18. cap. 7. Et Nov. 107.* Cæterum hæc divisio ita parentibus permessa, & à iudice eatenus adimplenda quatenus salva est liberis legitima. Quam materiam occasione *dict. L. inter omnes ult. Cod.* pluribus ex cathedrâ explanabit

NOBILIS ET CLARISSIMVS

D O M I N V S

JOANNES CHRISTOPHORVS

*Stengewein/*

Susceptus in lucem, Gebræ inferioris, Comitatus Hohnsteinensis, vicus, Patre honesto, GEORGIO CHRISTOPHORO MENGEWEINIO, Gebracensi ecclesiæ a Cantionibus, & Matre MAGDALENA ELISABETHA e stirpe BAUERIANA d. 15. Jan. A. O. R. MDCC IV. Horum parentum suorum cura, qui vitali hodieque fruuntur aura, sub adjutorio Rectorum & Præceptorum, Pædagogiorum publicorum, quæ Bleicherodæ ac Nordhusæ sunt, ad annum usque MDCCXVI. ita fuit




fuit educatus, ut tanquam assiduus discipulus, & attentus ibidem vixerit, donec Anno MDCC XVIII. consilio patris & præceptorum scholam Nordhusanam cum illustri Gymnasio Gothano commutaret, ac ibi doctrina egregia Virorum clarissimorum, Rectoris & Professorum B. VOKERODII, REICHARDI, LESCHNERTI, B. FISCHBEKII, HILDEBRANDI, HEISINGERI, per integrum *Sexennium* fidelissime imbueretur, quâ in studiis humanioribus ad eum profecit, ut solenni sermone valedictoria habita, Anno MDCCXXIV. ad studia altiora i. e. academica animum adplicare decreverit. Quare e prælaudato Gymnasio honeste dimissus, Academiam Fridericianam, quæ Halæ floret, petiit, ibique, jactis in Philosophia fundamentis, prælectionibus tam doctissimis quam indefessis Juridicis Dn. D. SHLITTI, Institutiones dilucide explanantis, dein Dn. D. KNORRTI, in Struvii Jurisprudentiam commentantis, nec non Dn. Consilarii, D. SHNEIDERI, Philosophiam moralem docentis, ut & Dn. Professoris FLEISCHERI, Jurisprudentiam naturalem enucleantis, ea, quæ requiritur, assiduitate interfuit. Præterea nec reliquorum illustrium Jctorum collegiis se subduxit, quin potius B. Dn. THOMASII, Dn. Rectoris & Cancellarii DE LVDEWIG, pariter ac Dn. Consilarii intimi BÖHMERI, Dn. GASSERI lectiones publicas & privatas in *Digesta, Jus canonicum, feudale, publicum, Criminale ac Cambiale*, nec non *Historiam Imperii* diligenter audivit, omniaque, quæ ibidem hausit, in succum & sanguinem strenue vertit, ut impræsentiarum Praxi forensi se se applicandi in animum induxerit. Quo vero exoptatori successu finem pro-

po-



positum obtinere queat, Collegium nostrum Juridicum in alma ac perantiqua hac Electorali Academia non ita pridem accedens, literis modestè a nobis petiit, ut ad honores Academicos istum admitteremus; id quod eo magis eidem unanimi consensu concessimus, quo promptius textus ex utroque Jure eidem exhibitos enucleavit, talemque in examine rigoroso se præstitit, qui ejusmodi promotione haud indignus existimandus sed cum laude gradu Licentiaturæ & Doctorali condecorandus sit. Quare cras, quæ erit XXIII. Januarii lectionem cursoriam ad *d. L. ult. cod. famil. hercisicæ*. eâque finitâ, Disputationem Inauguralem de REBUS IN DOMINIO PVBLICO EXISTENTIBVS habebit. Ad quos actus solennes Magnificus Dominus Rector, nec non Domini Præses & Cives Academici decenter invitantur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Juridicæ XXII. Januarii M DCC XXX.





00 A 6470

ULB Halle

002 931 303



3

11


VI 17











Farbkarte #13

B.I.G.

15

S JURIDICÆ  
ANVS,  
LIPPVS  
JCTVS,  
ERENISSIMI PRINCIPIS  
NTINI CONSILIA-  
GIMINIS,  
B. S.

---

RDIÆ,  
NIS, Acad. Typogr.

